

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Superbia u
cum fonte primo

Superborum

mens semper est ad irrogandas contumelias ualida, ad tollerandas infirma, ad obediendum pigra, ad lascecendos alios importuna, ad ea que facere debet et preualet ignaua, ad ea autem que nec facere debet nec preualet parata. Hec in eo quod sponte non appetit nullis exhortacionibus flectitur; ad hoc autem quod latenter desiderat, querit ut cogatur quia dum metuit ex desiderio suo uilescere, optat uim in sua uoluntate tollerare.

Gregorius libro XXXIII. moralium.

Cunctis namque superba apud se cogitatione tumentibus inest clamor in locutione, amaritudo in silentio, dissolutio in hilaritate, furor in tristitia, inhonestas in actione, honestas in imagine, erectio in incessu, rancor in responsione. Horum mens semper est ad irrogandas contumelias ualida, ad tollerandas infirma, ad oboediendum pigra, ad lacessendos uero alios importuna, ad ea quae facere et debet et praeualet ignaua, ad ea autem quae facere nec debet nec praeualet parata. Haec in eo quod sponte non appetit nullis exhortationibus flectitur, ad hoc autem quod latenter desiderat quaerit ut cogatur, quia dum metuit ex desiderio suo uilescere, optat uim in ipsa sua uoluntate tolerare.

Gregorius Magnus, *Moralia in Iob*, 34, 23 (CCSL 143B, M. Adriaen ed., pp.1769-70, ll.130-141).